

ueniēs: cū sint eiusdem speciei cū aiabus eorum qui resurgent
 Si autē & illi resurgent oportebit & illorū resurrectionē alios
 rursus expectare: ut simul oībus qui eandē naturam partici-
 pant / donum resurrectionis conferat. Item ipse Mahometus
 unum solū ponit diē resurrectionis: id est in fine mundi in die
 iudiciij: de resurrectione autē illorū / vel de natiuitate nullā oīno
 mētionē facit. Item nulla ratio esse videt / quare oporteat quos-
 dam expectare ad simul resurgendū: si non oportebit omnes
 expectare. Si autē quis dicat: q̄ in his qui resurgent erit qui-
 dem usus cibariorū & rerū venerearū: sed neq̄ p̄pter cōserua-
 tionē vel augmētū corpis neq̄ p̄pter humanę speciei augmē-
 tū vel p̄mansionē / solū aut p̄pter voluptatē / quæ talibus actio-
 nibus accidit / ut nulla voluptas hoībus absit in extrema mer-
 cedis retributiōe: sicut palā Mahomet⁹ in libro de doctrina sua
 dicit: Manifestū igit̄ q̄ hoc multis modis incōueniēter dicit̄:
 Primū qdē: q̄ resurgētū vita erit melius ordinata q̄ hec quæ
 p̄sens est: In hac aut vita impossibile & inordinatū quoddā esse
 videt̄: si quis p̄pter voluptatē utat̄ cibarijs vel rebus venereis
 sed nō p̄pter necessitatē reseruandi corpus vel p̄creandi filios
 Et hoc ratiōabiliter: voluptates eīm in predictis actiōibus nō
 possūt eē actionū fines: Sed ecōuerso / potius quidē natura ad
 hoc voluptates ordinauit in his actionibus: ut non propter la-
 borem animalia ab his necessarijs naturæ opibus elongarent̄
 quod accidere posset / nisi animalia voluptates prouocarent.
 Est igitur ordo incōueniēs & preposterus: si propter solas vo-
 luptates actiones hec perficiantur: Nequaquā igitur in his qui re-
 surgent / quorū vita bene ordinatissima supponit̄ / talium est
 usus: & multo minus in talibus futura erit foelicitas: aliter em̄
 quid prohibet & reliqua animalia irrationalia foelicia esse in
 predictis actiōibus quæ nobiscū cōmunicant: Item si in his
 actiōibus extrema hoīs foelicitas est: sicut Mahometus palam
 dicere videt̄: cuius gratia nūc oportet ab his cōtineri & nō po-
 tuis die ac nocte comedere & luxuriari ut & hic foelices eē pos-
 simus: Sed apud oēs hoīes & apud Saracenos ipos honorabi-
 lius videt̄ cōtinere ab his: Hnt aut & q̄sdā viros speculatiuos
 & cōtinētes / q̄s maxime laudāt Sed qm̄ fatūū ē / valde rationa-
 biliter loq̄ cū hoīe prudētia oīno quato liceat simul isanire &

Aliud ar-
gumentū.

Aliud ar-
gumentū.

Obiectio.

Solutō ob-
iectio nis.

Ad qd vo-
luptates
sint ordi-
nate ana-
tura.

Aliud ar.